GREGORIUS TURONENSIS. ARNOLDUS PRUVENINGENSIS

12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hostilitas obsideat aut aliqua querela percellat, protinus concurrentes populi ad
basilicam sancti indictis ieiuniis vigilias celebrant devotissime orationem
fundentes et mox ab imminenti calamitate salvantur. Uitam tamen huius
postquam hec scripsimus a Fortunato presbytero conscriptam cognovimus. .xlv. Habetur
in hoc territorio et sanctus Romanus presbyter qui ut scripta vite eius edocent, Mar-
tinus cum nostro sepulture locavit. Est autem sepulchrum eius contiguum
blaviensi castello super litus amnis garonne. in quo sepe naufragio
perituros virtutis sue salvato cursu proclamantes inter fluctus torrentis
undosi: miserere nostri sancte Romane confessor dei. mox sedata tem-
pestate optato litore potiuntur. Nec fas est tamen ullum pyre naufragio
qui eius basilicam amnis deme contemplari meruerit. Quod et nos valde ingen-
di necessitate experti sumus. Nam cum imber crebrius per multos defluens
dies amnem garonnam extra litora eiecisset. atque impellente vento
validis fluctibus exundaret. elevarentque fluctuum montes validi
qui non parvum intuentibus ingererent metum. exoratus beatus confessor obtinuit sic
credimus virtutis sue suffragio. ut conpressis fragoribus plenum preberet flu-
minis alveum. et sic ingressi navem ripe alteri sine periculo sumus devecti.

SUNT etiam sub eisdem territorii vico sepulti duo presbyteri ut res .xlvi.
ipsa declarat egregie sanctitatis viri. Nam eos post sepulchra vi-
vere ipsius rei miraculumque gestum manifestissime docet. In una quidem
deest sepulti basilica sede divisis parietibus. nam unus eorum sepulchrum
a parte austri. alter habetur ad aquilonem. Igitur cum adimplendum officium
clerici psallentium ceperunt exercere et choris a se factis domino verba
canora concinne miscentur. publico vox huiusque psallentio et unus quidem de
choris unius vocis adiutorio additur. alius non alterius vocis modulamine
convalescit. Tantaque est suavitas huius concentus. ut audientium sepe mul-
ceat attentos auditus. probant et cum his plerumque indulgi beneficia
si fidelis oratio premittatur. Agitur enim in vico Vodollacensi. .xlvii.

HAUT secus et in territorio villa est in qua cum esset ecclesia catholi-
ca advenientibus gothis ad sue secte immunditiam ea tamen